

UNA RESPUESTA DEL SANTO OFICIO SOBRE LOS IMPEDIMENTOS MATRIMONIALES

Con motivo de las actuales circunstancias por las cuales atraviesa la nación china, el Obispo de Kinghsien elevó a la Santa Sede unas consultas relativas a los impedimentos matrimoniales. La Sagrada Congregación del Santo Oficio redactó la respuesta, que fué comunicada a todos los Ordinarios de China por medio del Internuncio Apostólico de aquella nación. He aquí el texto de esta comunicación:

“Exc.me ac Rev.me Domine,

Rev.mus D. Leopoldus Brellinger, Episcopus de Kinghsien, mense julio 1948, haec dubia ad Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii referebat:

1. an fideles in terra Sinarum a Comunistis occupata, impedimentis ab Ecclesia statutis, imprimis aetatis et cultus disparitatis, teneantur, si debitam dispensationem vel omnino non, vel non nisi cum gravissimo incommodo peferere, neque a matrimonio contrahendo abstinere vel illud differre possint;

2. an teneantur impedimento disparitatis cultus in casu in quo requisitae cautiones ob ignorantiam, oblivionem, aliamve causam inculpabilem non dantur, aut a parte non catholica recusantur.

Suprema Sacra Congregatio die 27 ianuarii 1949 sic dignata est respondere: Rerum adiunctis attente consideratis, Suprema haec Sacra Congregatio, in plenario conventu Feria IV die 26, huius mensis habito, praefatis dubiis respondendum censuit:

1. In expositis circumstantiis, matrimonia sine forma canonica et cum quovis impedimento iuris ecclesiastici a quo Ecclesia dispensare solet habenda esse uti valida.

2. Matrimoniis quibus obstat impedimentum disparitatis cultus applicanda esse ea quae a S. Officio statuta fuerunt quoad cautiones aequipollentes (cfr. Sylloge S. C. de Propaganda Fide, a. 1939, paginas 561-566).

Quam decisionem Sauctissimus in Audientia diei 27, currentis mensis, benigne adprobare dignatus est.

De his omnibus edoceantur fideles ut possint validitati matrimoniorum providere et a conscientiae angoribus liberari. Si autem quoad aliquod matrimonium sic initum exurgant in posterum specialia dubia ob peculiaris casus singularis adiuncta, Ordinarius poterit rem ad hanc Supremam Congregationem deferre” (1).

(1) “Periodica de re morali, canonica, liturgica”, t. 38 (1949), p. 187-188.